

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5198

Auteur(s) : Lucius III [pape]

Bénéficiaire(s) : Daniel, Mézidon-Canon, Sainte-Barbe-en-Auge (prieur)

Bénéficiaire(s) : Mézidon-Canon, Sainte-Barbe-en-Auge (prieuré)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1185, 23 mars

Lieu d'émission : Véronne

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Lucius [III] prend le prieuré Saint-Martin et Sainte-Barbe de Mézidon sous sa protection et confirme les biens et les droits dudit prieuré.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 260, p. 351-355.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Danieli priori ecclesie beati Martini et sancte Barbare de Manso Odonis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosis uotis etc. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam beati Martini et sancte Barbare, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum felicitis recordationis Innocentii, Eugenii, Adriani et Alexandri Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quasunque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, scilicet cum capella de Salquantia cum decimis suis de feudo de Mesedon, ecclesia de Mirebel, capella de Hec, cum uineis, terris ac redditibus a fundatoribus loci uestri ecclesie uestre rationabiliter collatis, sicut in cartis eorum autenticis continetur, ex dono Willelmi camerarii et Rabelli filii eius in Normannia totam terram, quam idem Rabellus habebat ultra Diuum fluuium apud Mansum Odonis ex parte ipsius ecclesie, et Landam et uiuarium de Subuineis, terram, quam ipse habebat apud sanctam Mariam Calidam in dominio suo, totum manerium de Mesnil Geroldi in bosco, in plano, molendinis, decimis et omnibus aliis pertinentiis suis, excepta Busseria, nemus de supra Mariam Calidam, ex dono eorumdem in Anglia in socha de Graham decem libratas terre, in ualle Gloeestrie totum manerium de Bechford cum omnibus appendiciis suis, ex dono I. quondam Sagiensis episcopi in Normannia capellam sancti Benedicti iuxta forestam de Gofer cum terris et decimis molendini, decima panis de domo Riccardi de Tornai, ecclesiam de Tertu cum pertinentiis suis, heremitagium de Sasteroqueria cum appenditiis suis, item in episcopatu

Sagiensi ecclesiam de Centilleyo, ecclesiam de Occhaignes, ecclesiam de Elnis, ecclesiam de Brolio, ecclesiam de Peacyo cum omnibus elemosinis ad easdem ecclesias pertinentibus, de monachis sancti Ebrulfi unum modium bladi Noerium, scilicet quatuor sextaria frumenti, quatuor ordei, quatuor auene, ex dono Willelmi de Cauecor quinque sextaria ordei, unum frumenti in molendino suo de Uendolrio et unum uauassorem, Riccardum scilicet Fauale, cum feudo suo, ecclesiam de Sablinis cum omnibus pertinenciis suis, terras, quas habetis apud Estias ex dono Oliuerii Sansan, Hugonis de Arables et Willelmi Bordon et hominum suorum, omnes elemosinas, quas habetis apud Canun in terris, uineis, decimis, ex dono Huardi tres uirgatas terre apud Oiseium, ex dono Roberti Heppecc terram super mariscum apud Macerias, elemosinas quasdam et decimas ex dono Alexandri de Lotemut(o) et I. et t. filiorum eius ; in episcopatu Baiocensi ecclesiam sancti Laurencii de Montibus cum terris, decimis et aliis pertinenciis suis, ecclesiam sancti Albini de Braio cum capella et decimis cantarie et furni et molendini et aliis ad eandem ecclesiam pertinentibus, terras quoque, quas in eadem parrochia habetis, ecclesiam de Brai cum capella sancte Crucis, ecclesiam de Cotun cum omnibus elemosinis ad easdem ecclesias pertinentibus, quidquid iuris habetis in ecclesia sancti Vigoris de Ageio cum terris et elemosinis, quas in eadem uilla habetis, terras, quas habetis apud Cotun et apud Turruum et apud Ostreham, quinque acras terre in parrochia de Coleuilla apud Braium ; in episcopatu Constanciensi ecclesiam sancte Marie de Sunigneio cum omnibus pertinenciis suis et elemosinis omnibus, quas Gaufridus de Brueth eidem ecclesie donauit in Anglia et Normannia, apud Stoldiuillam terras et decimas, quas habetis ex dono Odonis Estigandi, et decimam molendini unius et in eodem molendino unum sextarium frumenti ex dono Lucie matris Iac(obi) de Uernu, decimam molendinorum camerarii de Turno et uiuaria et decimam censuum eiusdem apud Baiocum ; in episcopatu Lexouiensi ecclesiam de Oduilla cum terris et decimis suis et cum capella de Odonis Marisco et omnibus pertinenciis suis, duas partes decime de feudo camerarii in parrochia Lieteuille et in parrochia Chenreuille partem etiam decime de Boeuilla, que est in feudo Mathei Buschardi et Roberti, quod tenent de camerario, ecclesiam de Poufol cum omnibus pertinenciis suis et alia dona Hugonis de Wiketoth in terris, uineis, pratis et hominibus, ecclesiam sancte Marie de Kaiffer Ermengard cum capella sancti Iouini et cum omnibus pertinenciis suis et elemosinis Roberti de Monteforti et Walteri de Subleio, capellam de Ualle Molda cum elemosinis et terris adiacentibus, quidquid tenuit Robertus de Hotot sacerdos de feudo Theoderici de Masnil Malgerii et quidquid iuris habetis in ecclesia sancti Stephani, ecclesiam sancte Marie Calide, totam ecclesiam sancti Michaelis de Sarcons, ecclesiam sancti Petri de Masnil Geroldi cum capella sancti Michaelis, ecclesiam de Lauda, capellam de Monte Fulcheran cum appenditiis suis, tres sextarios annone de monachis de Beccho, unum frumenti et duos auene, libertates thelonei et passagii circa Lexouium et Bauleneum, sicut continentur in cartis Arnulfi quondam Lexouiensis episcopi et capituli, in eadem ciuitate domum unam cum suis appenditiis, quam dedit uobis Fulco Taillefer uenerabilis fratris nostri R(adulfi) episcopi assensu interueniente. Libertates etiam theloneorum, passagiorum, pedaticorum et pasnagiorum ab egregie recordationis Henrico Anglorum rege uobis concessas et scripti sui munimine confirmatas nos quoque nichilominus roboramus et ab uniuersis inuiolabiliter ubique precipimus obseruari ; ignem uero uestrum in marisco de Perce a iamdicto rege uobis concessum nichilominus confirmamus ; in episcopatu Ebroicensi ecclesiam de Osmundi uilla cum pertinenciis suis ex dono pie memorie Egidii Ebroicensis episcopi et bone recordationis R(otrodi) Rothomagensis archiepiscopi confirmatione, ex dono p. comitisse Lecestrie quadraginta solidos Andegauenses in censibus suis de Lare. Preterea compositionem, que inter uos et monachos sancti Georgii tam super decimis quam super uineis rationabiliter facta est et a bone memorie Hugone quondam Rothomagensi archiepiscopo confirmata, uobis et per uos ecclesie uestre illibatam manere censemus ; in Anglia in episcopatu Wigorniensi capellam sancti Iohannis super fossatum Wigornie cum terra ipsi capelle adiacente, domibus, uirgultis et aliis pertinenciis suis, terram, quam canonice dedit uobis Simon quondam Wigorniensis episcopus in Exartis. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Statuimus etiam, ut nulli episcoporum liceat nouas consuetudines uel exactiones in ecclesias uel capellas uestras inducere nec ultra antiqua et consueta iura episcopalia, que ante institutionem regularium canonicorum diocesano episcopo exinde persolui solebant, quidquam a uobis presumat exigere. Paci quoque et tranquillitati uestre prouidere uolentes concedimus uobis, ut in parrochialibus ... respondeant. etc. Cum autem generale etc. Sepulturam quoque etc. Obeunte uero ... Amen. Amen.

R. Ego Lucius catholice ecclesie episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Iohannes presb. card. tit. sancti Marci.

Ego Laborans presb. card. sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Vbertus tit. sancti Laurentii in Damaso presb. card.

Ego Pandulfus presb. card. tit. XII apostolorum.

Ego Albinus tit. sancte Crucis in Ierusalem presb. card.

Ego Adelardus presb. card. tit. sancti Marcelli.

Ego Arditio diac. card. sancti Theodori.

Ego Gracianus sanctorum Cosme et Damiani diac. card.

Ego Soffredus sancte Marie in uia lata diac. card.

Dat. Veron. per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii X kal. aprilis, indictione tercia, incarnationis dominice anno M.C°.LXXXIII°, pontificatus uero domni Lucii pape tercii anno quarto.